



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

42. De decimis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Item de eadem re. *Ex Capit. Ludowici capit. v.*

XL I. Ne verò Ecclesiæ Presbyteris commissæ in restauratione aut in luminaribus juxta possibilitatem rerum ab illis neglegantur vestra nihilominus invigilare debet solertia. Et sicut alios prohibetis ne de mansis ad Ecclesiæ luminaria datis aliquid accipiant, sic & vos & vestri Archidiaconi de eisdem mansis nihil accipiendo, aliis exemplum præbeatis. Sed potius ad id ad quod data sunt servire concedantur; ut totum, sicut dictum est, in restauratione Ecclesiarum & luminaribus vestra auctoritate & studio cedere possit.

De decimis. *Cap. CLXII.*

XLII. Ut decimæ in potestate Episcopi sint, qualiter à Presbyteris dissipentur. Lib. I. Capitular. c. 149.

De eadem re. *Ex cap. CLVII.*

XLIII. Ut qui Ecclesiarum beneficia habent, nonam & decimam ex eis Ecclesiæ cuius res sunt donent. & qui tale beneficium habent, ad medietatem laborent, & de eorum portione proprio Presbytero decimas donent. Lib. I. Capitular. c. 163.

De eadem re.

XLIV. Novalia rura, quæ juxta cultos agros sunt, Ecclesiæ antiquè decimentur. Et si ultra milliaria quatuor vel quinque in saltu quælibet digna persona aliquod novale conlaboraverit, ibidémque cum sui Episcopi consensu Ecclesiam construxerit, post consecra-